



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Theologia Scholastica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

ineunte sæculo sexto ingens auctoritas attribui cæperit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1527.

## De Theologia Scholastica.

Contra Theologiam Scholasticam ex Erasmo quinque propositiones damnatæ proferuntur, quarum prima est. *Theologia potius ars cæpit esse, quam scientia, potius humana pertractans, quam divina.* II. *Hanc Theologiam vitiarunt Doctores, tandemque eo deventum, ut divinæ Scripturæ regula nunc huc, nunc illuc detorta nostris deserviret affectibus.* III. *Illam pristina studiorum simplicitatem sustulit, quæ nonnisi per linguarum, ac bonarum, ut vocant, literarum cognitionem revocari potest.* IV. *Novam de rebus divinis loquendi methodum introduxit, quæ plures quæstiones & atrociores tumultus excitavit in orbe, quam olim Arianorum temeritas.* V. *Multa definiuntur, quæ citra salutis dispendium ignorari possunt, v. g. quid discernat Patrem a Filio, quid ab utroque Spiritum Sanctum, quid intersit inter Filii Nativitatem a Patre, & Spiritus processionem, utrum Spiritus a Patre & Filio procedentis unicum sit principium, an duo.*

*Erasmi in præfat. in S. Hilarium.*

Alias insuper propositiones Facultas damnavit tanquam temerarias, e contra autem Theologiam Scholasticam summo opere extulit, quam ab Erasmo pluri-

Y 5 bus

Sæcul. XVI bus in locis fuorum operum fuisse de-  
A.C. 1527. pressam haud diffiteri possumus.

## §. LXXV.

*Alicæ propositiones ex Erasmo  
damnatæ.*

*Argentre*  
*p. 174.*

Postquam hæc censura in Sorbonnæ Collegio die decima sexta Decembris Anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo pronunciata fuit, eadem Facultas subjunxit quasdam propositiones, quas per oscitantiam scribæ ad calcem primæ editionis additas fuisse constat. Inter has duæ erant *de Misericordia Dei*, quarum prima ita profertur: *Quantis malis patent, qui fiduciam posuerunt in mentis ac factis suis? II. Psalmista inquit, Domine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos, cum audis bonæ voluntatis, excludi intelligis fiduciam meritum. Hæ propositiones, ait Facultas, si fiduciam piam, & humilem respuant, aut inficientur, Lutheri impietati suffragantur; talis vero fiducia non modo utilis est, sed & necessaria ad habendam vitam æternam. Propositio sequens est de Cœlibatu Sacerdotum, de qua jam supra actum fuisse meminimus. Postremæ vero propositiones, quæ ex præfatione Erasmi in S. Hilarii opera decerptæ sunt, concernunt denuo Theologiam Scholasticam; inquit*

*Psal. 5. v. 15.*